

Homo asper, & durus solitudo oritur.

ritia, superbia asper, intractabilis, ac siluester euasit, vt licet homines diuitis amicitiam concupiscant, tamen iustitias ingenij, ac morum duritias illius eos auertebat; vnde potius eligebant omnes lucri spe defraudari, quam cum inhumano, & effero confociari, ac conuertari; cum ergo amicis esset denudatus cogitabat intrare ac si extra se neminem haberet, cum quo rem agendam confertet, & a quo in negotiis suis dirigi valeret.

18.

Genes. 4. Chaldaus.

Pro fraticidio, maleuolentia, ac mendacio infert Deus poenam Caino, dicens: Cum operatus fueris terram, non dabit tibi fructus suos, vagus, & profugus eris super terram. Genes. 4. n. 12. Chaldaus legit: Instabilis, & transmigraueris in terra. Vagari in terris, nullo termino circumscribi, in hanc, & in illam partem tendere, hoc libertatis, ac magnae facultatis est, si in vno loco concluderetur, tanquam in carcere detineri videretur, & quod circumferatur per orbem, valde iucundum humano ingenio, qui semper noua appetit. Qualem ergo supplicium? Denotabatur in maledictione hominis vita, & conditio. Nam Cainus genio suo auarus, deteriora Deo obtulit, eratque etiam truculentus, asper, & syluestris, fratrem suum occidit, indeque peccato, ac malitia creuit multum eius auaritia, ac asperitas, vnde intractabilis factus, omnibus hominibus odiosus euasit, vt cum nullo posset degere, ac habitare, sed omnes illius locum conseruantes, cogebatur ipse in nullo loco consistere, sed vnum interdiu, alium noctu perpetua instabilitate querere. Lyranus explicans citata verba: Vagus, & profugus, sic, ait: quia omnibus odiosus eris, ideo in nullo vno loco securus eris.

Asperitas facit hominem intractabilem.

Lyranus.

Luce 12. n. 18. Et dixit, hoc faciam: destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia, quae nata sunt mihi, & bona mea.

VERSIONES.

Syriacus. Subditque: hoc faciam: diruam horrea mea, & aedificabo, ac dilatabo ea, & cogam illic omnes fructus meos.

D. Augustinus. Destruam apothecas meas, lib. 50. homil. & horrea. homil. 48.

Arabicus. Et aedificabo ea, & capaciora ea faciam, & ibi congregabo omne triticum meum.

Vatablus. Maiora extruam, & illuc congregabo omnes proventus meos.

EXPOSITIO II.

19.

Qui vult omnia retinere, omnia perdit.



T dixit. Videns tot fructus in agro suo natos, non cogitat ad eorum conseruationem, vt Deo largitori gratias reddat, oblata ferat in templum, & decimas persoluat, sed

qui sibi omnia voluit retinere, consequens etat, vt omnia perderet, omnibusque destitueretur. Hoc faciam, ex sua superiori cogitatione, ac interrogatione. Quid faciam? In hoc consilium deuenit, quod nec Deus, nec charitas, nec diabolus in eius corde residens, ac auaritia suggessit. Destruam horrea mea, scilicet vetera. Bene, ait, destruam, nam qui opes sua intendit coaceruare, nihil egentibus largiens, sua destruit, qui vero in pauperes distribuit, conseruat, & reaedificat; Et maiora faciam, seu aedificabo, spe lucri auarus nullo sumptus omittit. Et illuc congregabo. Non ait, si Deus voluerit, si vita superstit, si fructus non perierint, sed mente obcaecata auaritia totus ad fructus colligendos erat intentus. Quae nata sunt mihi, hoc anno. D. Basilius in homil. Theophylact. Beda, & D. Cyrillus apud D. Thomam, qui ait: haec dicebat. Quasi non putaret ea diuinitus obtinere, sed fructus esse laborum suorum. Ac si diues, apud se constituisset, quod ager tam vberes fructus parturisset, non ex Deo esse acceptum, sed ex sua iudustria natum. Et bona mea. Quae ex superioribus annis sunt collecta, ac in antiquis horreis congregata, & vt notant D. Chryl. & Carthusian. In hoc multum errauit, quod cum temporalia non sint vere bona, ea simpliciter bona vocat.

Basil. Theophyl. Beda Cyril.

Chryl. Carthuf.

QUESTIO IV.

Quare Auarus ob vberes fructus vult destruere horrea, & non potius ipsos fructus vendere?

RECTE de hoc diuitem differens D. Zeno serm. de duplici tentat. genere, ait, Quae a Deo praebeantur, etiam in gratis ista sunt: terra fecunditas, aeris temperies, fructuum latitudo, bonum subsidia, & omnia, quibus anni proventus secundis successibus adimplentur: quae vero ab homine procedunt, qualia sint, videamus: angustus animus, & parum putans, omne quod nascitur: cuius abundantia deesse aliquid computans: deinde inhumanum propositum: impartienti cuiquam causam nullam idoneam putat. Deus homini multa bona dat, fructuum latitiam, terrae fecunditatem; at vero homo suo angusto animo, sua manu, ac cogitatione semetipsum affligit, dum parum putat omne quod habet, omniaque illi defutura esse, ideoque inhumanus euasit, vt sui nihil velit aliis elargiri, indeque totus est in fructibus congregandis, vnde intendit destruere sua antiqua horrea, & maiora facere; ad questionem

20. Zeno.

Deus largitur, homo auaritia sua angustatur.

21. Ambros.

Qui sua sibi retinet, ea destruit.

22. August.

Respondet primò D. Ambrosius lib. de Naboth, cap. 7. Recte, ait, destruet, qui sapienter aedificare non nouit. Destruet sua diues, qui nescit aeterna. Destruet horrea, qui nescit sua frumenta diuidere, sed claudere. Qui sua sibi solum vult retinere, ac solum sibi claudere, ea conseruata non tenet, sed potius destruit, nunquam enim magis conseruantur opes, quam dum in pauperes diffunduntur. Et qui res suas coaceruare cogitat, omnia sua destructioni destinat.

Secundò, D. August. Stulte, ait, qui videris esse cordatus; nosti enim destruere vetera, & aedificare noua, & tu in vultate ruina remansisti, qui vetera in te ipso destruere debuisti, vt iam terrena non serpers

Cogitat de horreis destruendis, non vero de cupiditate eradicaanda.

23. Basilius.

Immisericordes cito perirent.

24. Chrylog.

Diabolus semper intendit destruere, nem, & ruinam.

25. Ambros.

Auarus non vult sua aliis communicare.

26.

Auaritia retinendo dissipatio bonorum.

Clem. Alex.

27.

Tolet. Maldonat. Barrad.

Auarus potius vult sua perdere, quam dare.

28.

Agg. 1. Clem. Alex.

Gregor.

Auctor antiquus.

peres. Miser totus cogitabundus est de veteribus horreis destruendis, nouisque aedificandis, cum potius deberet cogitare de auaritia, ac cupiditate extirpanda, vt se in nouam creaturam Deo placentem reformaret.

Tertio, D. Basilius in Caten. Graec. Maiora inquit, ait, aedificabit: incertum, si non destructa successori dabit: nam ipse velocius migrabit hinc arreptus, quam illa iuxta auaritia ipsius cogitationem erigantur. Ait Auarus, quod destruet, & hoc ipse faciet, minimè secundum quod astituit, & aedificabit, hoc enim breuitate vita non licebit, viti enim immisericordes in pauperes, non diu conseruantur, sed citissime perirent. Ipse velocius migrabit, hinc arreptus.

Quarto, D. Chrylogus serm. 104. Introducit hominem auarum interrogantem. Quid faciam? Quid non habeo, quo congregem, &c. Tunc respondet Sanctus Petrus. Audiamus, quid responderit consiliarius interius. Destruam horrea mea. Euidetur apparuit, qui latebat: quia a destructione incipit inimicus; agit, vt quae habes, destruas, & quae concupieris non reformes. Dixit Sanctus Pater, quod Diabolus latebat in homine, ipse ergo Diabolus, qui intus erat, suggerit consilium, vt destruat; quidquid enim ille consulit, ruina hominis est, ac illius calus, hunc enim semper intendit, semperque in omnibus procurat.

Quinto, D. Ambrosius citato lib. de Naboth, cap. 7. Infelix, ait, mauult habere quod solus, quam quod cum omnibus vendat. Iste miser non solus erat auarus, sed etiam ambitiosus prouentus intendit coaceruare, & non vendere, nec cum aliis communicet, alique etiam eos habeant, vult enim ipse solus tales habere, illisque solus gaudere.

Sextò, Quòd miser velit noua horrea aedificare, esto; sed ad quid antiqua parat destruere? Nam in tactis veteribus noua poterat fabricare. Saepè miser auarus auaritia cupiditate obrebratus maiores expensas facit, quam alioquin fecisset, si ab auaritia studio immunis esset; plerumque nimia cupiditas coaceruandi dissipatio bonorum est, quam cordatus, ac prudens homo euitat, & declinat. Ad quod respiciens Clemens Alexandrinus lib. 3. Strom. cap. 5. ait. Sunt, qui seminantes multiplicant, & qui colligentes minus habent.

Septimò, Dixit Auarus: Congregabo omnia, quae nata sunt mihi, & bona mea; scilicet antiquos fructus, triticum, oleum, vt communiter explicant expositores Iansen. Toletus, Maldon. Barradas, & alij. Ad quid homo intendit tot sumptus facere? Cur saltem non intendit antiquos fructus dare, vel vendere? Nam ex vetustate poterant corrumpi, vel corrodii, ac consumi, imò si noui fructus permiscerentur cũ antiquis, ab illis poterant inficiari, vt putrescerent. Adeo miser est auarus, vt potius velit sua exponere, vt corrumpantur, vel perdantur, quam ea a se alienare, vel dare, seu obsequio Dei dedicare, vt aliis proficiant, ac vtiliter donentur.

Ait Aggæus Propheta cap. 1. n. 6. Qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum perforatum. Seu, vt legit Clemens Alexandr. lib. 3. Stromat. In sacculum perforatum. De Auaro est sermo, vt ipsemet Auctor docet, & etiam D. Gregor. 3. Part. Pastoral. cap. 22. Si homo erat multum sollicitus incongregandis diuitiis, quomodo eas misit in sacculum perforatum? Nam vt ait quidam auctor antiquus relatus à Cornelio à Lapide. Vidimus in sacco per Sylueira in Euang. Tom. 1. V.

tuso nihil inmissum posse diu contineri, sed quod vna ex parte ingeritur, ex altera effunditur; quodq, ex superiori parte accipit, mox per inferiorem desinit. Ad quid misit suas merces in butram perforatam, cur potius eas non vendit, vel aliis dedit? Sic iniquus erat auarus, quòd potius elegit merces in sacculum perforatum mittere, vt perderentur, quam aliis dare, vt proficerent.

Auarus perdit, sed non dat.

29.

1. Reg. 15. Exod. 17.

Septuaginta. Origenes. Abulen. Cornel. Mendoza.

Iosue 6.

Saul magis intendebat spolia perdere, quam obedientia dare.

Mandauit Deus Saul. Vade, percutite Amalech, & demolire vniuersa eius. Non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice a viro usque ad mulierem, &c. 1. Reg. 15. num. 3. Praecipit Deus, vt etiam dictum erat Exod. 17. num. 14. Vniuersa Amalech à maiori vsque ad minimum deleri, ac deuastari; Vnde pro verbo, demolire, iuxta Septuaginta legit Origenes homil. 19. in Numer. Anathematiza, seu anathematiza subice vniuersa Amalech. Volebat enim Deus, vt recte explicat Abulen. Cornel. P. Mendoza. Amalech statui anathema, ac funditus excidit, sicut fecerat Iericho. Iosue 6. num. 17. Tamen contra Dei decretum, ac mandatum. Pepercit Saul, & populus Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorum; & vestibus, & arietibus, & vniuersis quae pueris erant, nec valuerunt disperdere ea. Ibidem n. 7. Disquisitione dignum sane, quòd Saul, qui optimè sciebat Dei mandatum, ac decretum sibi aperte intumatum, & iam olim in Exodo promulgatum non posse imitari; quis enim valet Dei decreto resistere? Ac proinde ex Dei definitione omnia Amalech esse extinguenda, & abolenda: & tamen ipse ea sibi reseruare, ac retinere disponit. Ita Saul auaritia laborabat, ita illarum rerum obcaecata cupiditate captus est, vt potius eligeret, quòd illa Dei potentia, ac manu perirent, quam quòd ipse Deo obediens ea a se dimitteret, illisque priuaretur; magisque volebat, vt Dei ordinatione vniuersa Amalech funditus perirent, ac quòd ipse magno crimine inficiaretur, quam quòd ipse manibus suis talem deuastationem in obedientiae victimam Deo consecraret, ac offerret.

QUESTIO V.

Quare Auarus intendit facere magnos sumptus ad noua horrea aedificanda?

PRIMO. Respondet D. Basilius homil. de hac parabola: Horrea, ait, quidem crepabant praecopia conditorum, auarus tamen animus, nequam implebatur: vrgent enim ipsius animam diuitiae à promptuariis emanantes, ne forte cum exierint, profint egentibus. Cogitat noua horrea, vt cuncta sua nimium claudat, ne eorum alij fiant participes, ac in egenorum alimentum, ac commodum cedant, quantumque distat hoc iniquorum ingenium à iustorum conditione, qui omnia sua vehementer desiderant aliis communicare.

30. Basil.

Auarus omnia sibi vult, & non aliis.

Secundò, D. Ambrosius serm. 81. Quis finis, ait, stulti huius laboris, & instanter aedificare, & instanter destruere? Si vis ergo ostendam tibi horrea iam parata, esurientium pauperum ventres, in ipsis tuos conclude thesauros. Tales enim tibi thesauros seruantur in calis. Ad quid o homo tantum laborem re assumis, vt perpetuo destruas, & aedifices horrea?

31. Ambros.

Auarus pro bonis potius vult laborare, quam quiescere.



horrea? Habes parata horrea ventres pauperum, in quibus potes recondere tua bona, quæ te semper comitantur. Miser auarus pro suis bonis potius vult laborare, ac fatigari, quam illis æternam sibi requiem comparare. Tales enim tibi seruantur in caelis

32. Basil. Tertio. D. Basilii citatus. Destruam horrea mea, & maiora edificabo. At si hoc impleueris, nam quid destrues illud? Quid stultum quam infinitum laborare. Concedo tibi homo, quod vis, destrue horrea, alia ædifica pro congregandis fructibus hoc anno tibi natis; quæto modo, & prouenturo anno hæc horrea destrues, & alia ædificabis? Sic rego in perpetuo, ac continuo labore versaberis; hoc infelix sibi appetit, qui enim temporalibus dedicatur, nil aliud sibi comparat, nisi perpetuos labores, ac continuas fatigationes; unde pondera, quod cum esset in lectulo suo noctu quiescens, ad suos prouentus mentem coniecit, statim de labore, ac sudore cogitauit.

33. Zeno. Quarto. D. Zeno lib. 1. ferm. 14. Oculis patentibus, ait, cæcus dilatat horrea. Non attendit homo, vt fiant firmiora horrea, sed solum maiora, solum de amplitudine cogitat, non verò de stabilitate; verè cum iste vigilaret, & oculos apertos haberet, cæcus erat, quæ enim maior cæcitas hominis quam quæ solum molem corporis considerat, non verò virtutis præstantiam? solumque attendit ad corporis magnitudinem, non verò ad animi robur?

34. Quinto. Dicebat Auarus. Maiora faciam. Homo pecuniarum tenacissimus ad congregandos nouos fructus, habet apud se consiliū, vt horrea destruat, & noua ædificet; Auare, quæ nam est tua sapientia? Vt quod cogitas, perficias, magni pecuniarum sumptus sunt erogandi? Quomodo ergo tot pecunias vis profunderere? Coniiciebat homo oculos ad maius lucrum ex coaceruandis fructibus, vbi autem homo spe maioris lucri allicitur, statim omnem nummorem sumptum contemnit, vt maiora sibi comparet, ac acquirat.

35. Sexto. D. Ambrosius lib. de Naboth cap. 7. Infelix, ait, dum liberalitatis gratiam refugis, damna ædificationis resoluis. Magnos aurocorum sumptus determinat hic homo apud se facere in extruendis horreis, cui non potius ipsos vult elargiri in pauperes, ac egenos, vt liberalitatis gratia frugeat, & respiciat, & æterna bona promereatur? Infelix, qui nec sui quid minimum volebat famelicis præbere, pro sua cupiditate, ac auaritia magnos ædificationis sumptus deglutit. Sic miseri mundiales pro Deo, ac virtute minimum dispendium fugiunt, pro sua verò cupiditate omnium bonorum iacturam libenter amplectuntur.

36. Indomita cupiditate instanter postulat populus ab Aaron, vt eis faciat idola, ac Deos; cui Aaron. Tollite in aures aureas de filiorum, ac filiarum vestrarum auribus, & afferete mihi. Exod. 32. n. 2. Statim subditur, quod sine vlla mora, ac relictatione vniuersi mandatum adimpleuerunt: fecitq; populus, qua iusserat deferens in aures ad Aaron. Valdè notum est in scriptura, quod Iudæi erant auarissimi, ac diuitiarum multum amatores; ideo Achan contra Dei mandatum furatus est de anathemate, ac spoliis Iericho regulâ aureâ. Iosue 7. n. 21. Deinde etiam notum est, quod mulieres inaurium sint cupidissimæ, & que in multa habeant æstimatione, præcipuè si aureæ existant? Quomodo ergo cum mulieres essent auarissimæ, ac sui ornatus multum studiosæ eas sibi auellunt?

37. Tercio. D. Basilii citatus. Destruam horrea mea, & maiora edificabo. At si hoc impleueris, nam quid destrues illud? Quid stultum quam infinitum laborare. Concedo tibi homo, quod vis, destrue horrea, alia ædifica pro congregandis fructibus hoc anno tibi natis; quæto modo, & prouenturo anno hæc horrea destrues, & alia ædificabis? Sic rego in perpetuo, ac continuo labore versaberis; hoc infelix sibi appetit, qui enim temporalibus dedicatur, nil aliud sibi comparat, nisi perpetuos labores, ac continuas fatigationes; unde pondera, quod cum esset in lectulo suo noctu quiescens, ad suos prouentus mentem coniecit, statim de labore, ac sudore cogitauit.

38. Sexto. D. Ambrosius lib. de Naboth cap. 7. Infelix, ait, dum liberalitatis gratiam refugis, damna ædificationis resoluis. Magnos aurocorum sumptus determinat hic homo apud se facere in extruendis horreis, cui non potius ipsos vult elargiri in pauperes, ac egenos, vt liberalitatis gratia frugeat, & respiciat, & æterna bona promereatur? Infelix, qui nec sui quid minimum volebat famelicis præbere, pro sua cupiditate, ac auaritia magnos ædificationis sumptus deglutit. Sic miseri mundiales pro Deo, ac virtute minimum dispendium fugiunt, pro sua verò cupiditate omnium bonorum iacturam libenter amplectuntur.

Ipsæ, & earum viri vehementi cupiditate petierant idola, vt ergo suæ cupiditati, ac vitiorum inseruirent, illique satisfecerent, nulli suo pretiosissimo auro, nullique suo specioso cultui parcerit, sed omnia contemnunt, & pessundant, vt suum appetitum compleant. Lippom. In constituendis, ait, falsis Deorum cultibus liberalissimi sunt, qui alibi in instaurando, & conseruando Dei cultu sunt auarissimi & tenacissimi. Hæc est misera mundialiū conditio, quod pro voluptatibus comparandis, pro idolis fabricandis pro adimplendis cupiditatibus omnem sumptum deuorent. Proh dolor! similes Iudæis in hoc multi Christiani existunt, qui vt carnis voluptatibus satisfaciant, omnem suam pecuniam, ac suppellectilem largissime profundunt; At verò pro Christi amore, nec vnum assem pauperibus erogant. Subiicit idem citat. Author. Quotusquisq; Christianorum est, qui non in voluptates carnis, in superflua, & vana & populi auram captantia non censum omnem profundat, ac in pauperes Christi ne vile obolum erogare curat.

Luca 12. n. 19. Et dicam animæ meæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare.

VERSIONES.

Syriacus. Anima mea, sunt tibi bona plurima reposita in multos annos: requiesce, ede, bibe, oblectare.

Vatabl. Pagn. Comede, bibe, gaude. Clemens Alex. Bibe, lætare.

EXPOSITIO III.

Tercio. D. Basilii citatus. Destruam horrea mea, & maiora edificabo. At si hoc impleueris, nam quid destrues illud? Quid stultum quam infinitum laborare. Concedo tibi homo, quod vis, destrue horrea, alia ædifica pro congregandis fructibus hoc anno tibi natis; quæto modo, & prouenturo anno hæc horrea destrues, & alia ædificabis? Sic rego in perpetuo, ac continuo labore versaberis; hoc infelix sibi appetit, qui enim temporalibus dedicatur, nil aliud sibi comparat, nisi perpetuos labores, ac continuas fatigationes; unde pondera, quod cum esset in lectulo suo noctu quiescens, ad suos prouentus mentem coniecit, statim de labore, ac sudore cogitauit.

Sexto. D. Ambrosius lib. de Naboth cap. 7. Infelix, ait, dum liberalitatis gratiam refugis, damna ædificationis resoluis. Magnos aurocorum sumptus determinat hic homo apud se facere in extruendis horreis, cui non potius ipsos vult elargiri in pauperes, ac egenos, vt liberalitatis gratia frugeat, & respiciat, & æterna bona promereatur? Infelix, qui nec sui quid minimum volebat famelicis præbere, pro sua cupiditate, ac auaritia magnos ædificationis sumptus deglutit. Sic miseri mundiales pro Deo, ac virtute minimum dispendium fugiunt, pro sua verò cupiditate omnium bonorum iacturam libenter amplectuntur.

In annos plurimos. Quibus viuere possis. Requiesce, à labore; comede, bibe, epulare. Seu oblectate, seu delectate, per quod declarantur affectiones hominis libidinose, vt notat Theophylact. de his in questionibus.

Theophyl.

QUESTIO VI.

Quare diues tam impudicè, multos annos vitæ sibi promittebat?

RESPONDET primò Titus Bostren. Quæ illa quoque, scilicet vitæ, tanquam reliqua huius nascientia, è terra decerperetur. Putabat Auarus suis diuitiis obsecutus, simul cum vbertate, ac multitudine fructuum, multitudinem annorum vitæ sibi concessam, vt illis fruereetur; error, qui diuites communiter apprehendit, vt præ sui superbia cogitent se fluctibus maris imperare, cum videant iniqui sua mala impunita, indeque in suis feceribus maxime securè se ingurgitant præsumentes omnia ad nutum euentura. Ecclesiastes 8. nam. 11. Quia non profertur cito contra malos sententia, absq; timore villo filij hominum perpetrant mala. Ex felici, ac copioso rerum euentu longissimâ, ac prosperam vitam sibi pollicebatur. Catena Græca. Quoniam, ait, Dei prouidentiam propter immensam in tolerandis malis clementiam, non statim in improbos grassetur, nec penas illico scelerum expectat, idcirco vir nequam, quasi sit impune laturus peccandi sibi licentiam diuinus persuadet. Expende diuitius, persuadet.

Secundò. D. Chryzologus iam datus ferm. 104. Erat in illo alter, quia ad eius penetratiam, iam Diabolus possessor intrauerat. In illa nocte homo arripendus, cur ergo instante morte, tanta erat mortis obliuio, tanquæ temporalium sollicitudo, multaque longæ vitæ excogitatio, erat in diuitis corde Diabolus, qui mortis memoriam è mente fugabat, totumque hominem in temporalibus implicabat, vt illum certissime perderet.

Compone hunc diuitem auarum cum illo, de quo ait Ecclesiastes cap. 5. num. 18. Omni homini, cui dedi Deus diuitias, atque substantiam, potestatemq; ei tribuit, vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo: hoc est donum Dei. Non enim satis recordabitur dierum vite sue, eo quod Deus occupet delicias cor eius. Ecce hic diues nec est sollicitus de horreis destruendis, ad ædificandis, nec recordatur dierum, ac annorum vitæ suæ, nec de longa vita curat, sed gaudet, & exultat in bonis suis; contra verò diues auarus totus anxius, & mæstus de suis bonis, quærens quid faciam? Ipsa rerum possessio torquet cor eius, & eum dormire non permittit, vt iam ex D. Ambrosio notauit, totusque intentus est ad fructus congregandos, nouisque ædificia extruenda, multumque de longæ vita cogitat. In annos multos. Vnde tanta hominum differentia? In hoc diuite auaro. Iam Diabolus possessor intrauerat. Vt ait Chryzolog. datus. At verò illo alio diuite Eccles. Eo quod Deus occupet in delitiis cor eius. In diuite auaro cum Diabolus esset in corde, inde illi infelix, ac mæsta de temporalibus perturbatio, multaque de præsentis vitæ excogitatio, quæ cor hominis affligebant, ac dilacerabant; at in illo alio diuite cum Deus occupa ret cor eius, inde illi nulla de temporalibus huius vitæ excogitatio, nihil

Inter diuitias ubi est auaritia, regnat mæstitia; ubi autem Deus latet. Chryzolog.

Sylueira in Euang. Tom. IV.

que nocitum, & infaustum eueniebat, sed inter ipsas affluentes diuitias maxime iucundabatur, ac lætabatur. Caietan. ibi. Ratio, ait, non recolendi huiusmodi mæsta submittitur, quia Deus testificatio est in læticia cordis eius. Quia Deus dando in corde diuitis iugem læticiam est tanquam præbens testimonium felicitatis ipsius diuitis.

Caietan.

Tertio. D. Augustin. lib. 50. homil. 48. O cecitas, ait, auari, vna nox ei supererat, & de multorum annorum vita cogitabat, nox ei vitam fugabat. Notatur magna hominis stultitia, & ignorantia, quod cum nullam habeant certitudinem vitæ cupiditate temporalium vitam, & lucrum sibi in futurum promittunt. Contra quos Iacobus Apostol. in sua Can. cap. 4. num. 13. Ecce nunc qui dicitis hodie, aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus. Qui ignoratis quid erit in crastino. & Paul. 1. Thess. 5. num. 3. Cum dixerint pax, & securitas tunc repentinus superueniet, interitus. Cum in multa securitate, ac tranquillitate videntur degere, tunc repentinus superueniet interitus, & discessus ex hac vita.

42. August.

Vita præsens incerta.

1. Tess. 5.

Pollicetur Angelus in persona Dei filium Abrahamo ex Sara nasciturum dicens: reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium uxorem tuam. Genes. 18. num. 10. Promittit Angelus, anno proxime venturo illo, eodemque die, eademque hora Saram filium habiturum, hoc tamen ait: vita comite. Id est, si Sara vixerit, ac superstes fuerit, vt explicant graues Auctores, inter quos Lippoman. ait: modo loquendi hominibus vsitato loquitur Angelus, si Sara ipsa annum vixerit. Ad quid Angelus loquitur sub illa conditione? Vita comite, si Sara vixerit, optime sciebat ille mulierem viuaturam; adeo incerta est vita humana, adeoque quilibet incertus de vita futura, ac de illius prædicatione subsequenti anno, quod Angelus, qui optime præcognoscebat ex Dei manifestatione, temporum articulum, de vita feminae agens. Modo loquendi hominibus vsitato loquitur. Non absolute, sed cum cautela, ac sub conditione, vita comite, si ipsa vixerit, ex quo fit documētum, vt nullus sibi multum promittat de vita futura.

43.

Genes. 18.

Lippoman.

Nullus certus de vita duratura.

Ait Iob. 7. num. 1. Militia est vita hominis super terram. Ex Græco communiter legitur. Piraterium est vita hominis. Piratæ sunt fures maris, qui sæpè cum maxime mercibus onusti sunt, tunc demerguntur, & nunquam in vno certo loco consistunt, sic & mortales in vita sua, cum magis videntur temporalibus repleti, tunc rapiuntur, eorumque vita nunquam in vno certo loco persistit, sed semper transmigrant velociter currit. Vnde ait D. Bonauent. lib. Pharet. cap. 46. Hoc ipsum nostrum viuere, transire est. Et sequenti cap. 47. ait; Iuniores, non refert, non dimunerantur anni, incertum est, quo te loco mors expectet.

44. Iob. 7.

Vita præsens migrans. Bonauent.

QUESTIO VII.

Annotantur aliqui errores, in quos diues auarus in suis verbis incidit. Dicam animæ meæ, &c.

Am ex dictis multi manifestantur errores, in quos hic miser auarus sit prolapsus. Sol. LL 2 lum